

DE REB. METALL.

Martia canit Statius,

Audaci transcurris flumina plumbō.

Fefularum mons in Hetruria, Flo-
rentię ciuitati imminēs, lapides plum-
barios habet, qui si excidantur, breui
temporis spacio, nouis incrementis
instaurantur, vt tradit Boccatus Cer-
taldus, qui id compertissimum esse
scribit. Massa duūm pondo plum-
bi candidi purissimi effossa Slacche-
vvaldi anno 1549. quæ formam
habuit erinacei. Massa plumbi ni-
gri, quam ipse vidi extrahi, pondo sex
habuit, anno 1551. Friberti, è se-
cundo dimenso altæ Betulæ, in quod
tum sumptus faciebant mercatores
Augustani. Vasa plumbea liquore
aliquo plena, expositaq; aëri, cùm gut-
tulas foris concipiunt, pluuiam desi-
gnant. Liquido plumbō vſi sunt olim
ad fontes excruiciandos puniēdosq;.
Vnde Horatius lib. I. Carm.

— — — *Nec ſeuerus*

Vncus abeſt, liquidūm ue plumbum.

Idem